

§. 10. Alia habet comitem febrim continuam, quemadmodum est exquisita & vera, alia est absque febrili incendio,
 (2) l.s.c. 39. ut nonnunquam notha. *Massaria*(z).

§. 11. Alia oritur per se, nullo præcedente alio affectu,
 alia morbos sequitur: ita anginæ dysenterix succendentis
 (a) obser^v chirurg. mentionem facit *Wilhelmus Fabricius Hildanus* (a).

cent. 3. §. 12. Nec silentii sifario involvenda pestilentialis, ma-

obser^v. 27. ligna & epidemia. *Joannes Wierus*(b) hujus farinæ anginarum

(b) lib. med. meminit, quæ anno 1564. & 1565. grafiatæ sunt in quibusdam

obser^vat. Germaniæ inferioris locis, quarum tanta fuit atrocitas, ut in-

varar. p. 53. tra unicum nonnunquam diem strangularent: quæ verò odi-

& seqq. du periodum excesserunt, plerumque meliorem, quam tri-

duæ, vel quadriduæ, eventum fuerunt adeptæ. Ubi & hoc in-

primis notandum, quod, referente eodem, in istâ pestilenti &

epidemiâ anginâ pueri, quorum ætas aliæs maximè hujus æ-

gritudinis erat particeps, proiectioribus minus periclitati

fuerint, & quod ii propè citius reliquis evaserint, qui decu-

bitum in lecto neglexerunt: rationem dat hanc *prælaudatus*

Autor, quod horum reluctatio fortassis minus concepti ve-

neni, aut naturæ robustas vires arguat: aliorum autem ob-

sequium impotentiam ex veneno severius eam ætatem in-

festante, denotet. Huc pertinet & maligna pestiferaque à

(c) Foresto (c) consignata, ut & *Hippocratica* illa. (d)

(d) Epid. sect. 7. s. I.

CAPUT VII.

SIGNA DIAGNOSTICA sunt 1. *Pathognomica*, quæ affectum semper comitan-
 tur, & ab eo separari nequeunt. 2. *Signa Dif-
 ferentiarum*. 3. *Signa causarum & humorum*. 4.
Supervenientia & communia, quæ neque morbi
 speciem, neque ejus conditionem significant, sed
 mutationem illius solum indicant.

§. 1.